

Hum. D. anno. 6. L. 1. I.

PRIVILEGIA PER

COMPLVRES SVMMOS PON-

tifices ordinis fratrum Prædicatorū
concessa, & communicata. non
quidem omnia: sed ea tantū,
quæ ex archetypis, aut
eorum authenticis trā-
sumptis haberi po-
tuerunt: iussu, im-
pensis, & ope
ra Reue-
rendiss.

P̄is F. Stephani Vſusmaris Genuen.

eiudem ordinis Magistri Gene-

ralis, transumpta, & impressa. &

per R. P. D. Auditorem

Apostolicæ Cameræ

authenticata.

fratrum de villa com. Mayuor.



IN IPSO HABITAT, OMNIS

PLENITUDO DIVINI

TATIS CORPICALITER.



De plenitudine eius

Nos omnes accepimus

Qui ligno pendet, fato defunctus iniquo.

Humani est generis gloria, uita, salus.

Abluit antiquam labem, patefecit olympum;

Discordes populos iunxit amore pari.

Vt fons perspicuus se se diffudit ad omnes,

Nostraq; diuinis corda repleuit aquis,

2

FRATER STEPHANVS VS VSM A-
ris Genuen. Sac. Theologie professor, ac totius ordinis Fratru
Prædicatorum Generalis Magister & seruus humilis. vni-
uersis ac singulis eiusdem ordinis cōprofessoribus salutē.



PVS quod multis ante annis meditati sumus, & ad Magisterium assumpti, magno studio, multisq; laboribus parturimus ecce iam Deo fauente peperimus, usq; cum autoritate prodes at & uobis profut, non paruo sumptu ornauimus, Nempe Librum istum quem in manibus habetis. In quem omnia quibus ordo nosler ab apostolica Sede dotatus & ditatus est, priuilegia congesimus. Illa videlicet quorum archetypa vel ab eis autētica exempla com perimus. Curauiusq; ut quoru vel pauci, vix partem habebatis, omnes omnia, ea que autentica possitis habere. Ex eis igitur primum vobis videre licebit, quā ti nostrum ordinem, nostrosq; patres, & eorum operam ac studium fecerit apostolica sedes, quiq; illam pro tempore tenuit Summus Pontifex, atq; vel sic torpente, & desides animos nostros, ad eorum imitationem & eiusdem Sanctae sedis deuotionem excitabimus, ne nostra ingratitudine vel socordia, tanquam degeneres filij priuemur, aut indigni reddamur donis, quæ patres nostri, sibi ac nobis virtutibus & religione conquisiuerent. Deinde tam ex titulo q̄i nostris verbis monemini, priuilegia hæc esse, non tela, quibus ordinariorum, sacrorumq; Preſulum, & Sanctæ Romanae Ecclesie communionem tenentium. Prælatorum au thoritatem ac potestatem, adoriamur, incessamus, labefactemusq;. Non est hoc nostri illius ordinis, quem ad animarum salutem, pro reuerentia, & auxilio, Prælatorum, in eorum suppeditias Beatus pater noster Dominicus insluit, Summus Pontifex confirmauit, ac ob id priuilegijs ornauit, gratijs, immunitatibus et exemptionibus roborauit. Non quidem vt illas pro libidine libertatis in ysum aut abusum reuocemus, sed magis, vt eorum modesto usu, ab impugnatoribus, & spiritum libertatis opprimere molientibus tuti & liberi, maiori quiete, sacris literis & studijs honestioribus intendentis, haereticos reuincere, rudiores docere, catholicos adhortationibus & concionibus consolari & confirmare, ei deum Ecclesiam Dei verbis & exemplis edificare pessimus. Hac igitur mente, & Sancto proposito, hunc librum accipite, et nostris laboribus Sanctorum apud Decum precum gratiam refertote, & bene valete. Rome XX. Nouembris.

M. D. L V.

A ij

ERAT
Quorum verbo et opere mundus decoratur.



Quam preclara merita sunt Prædicatorum,

His libet indultis uestram decorare cateruam
Queis uolumus reliquis cætibus esse parem.
Vesler amor, Petri quo defensatis honorem,
Hæc uobis merito, præmia iusta petit,
Pergite, & infracti nunquam desistite cæptis
Clauiger æthereus his meliora dabit.

per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. ceterisq; contra rius quibuscumq;. Verū quia difficile foret, præsentes literas ad singula quæq; loca in quibus forte opus esset deferre, uolumus & paſ riter apostolica authoritate decernimus, q; illarum transumptis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, seu curiæ ecclesiastice munitis, eadem prorsus ubiq; fides in iudicio & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, uel ostensæ. Dat Romæ apud sanctū Petrum sub annulo piscatoris Die nona Martij, M. D. LVI.

Pont. nostri Arno primo.

Han. Oricellarius.

A

B

C

Quibus omnibus & singulis præmissis, tanquam rite rectequeq; ac legitime factis, authoritatem & decretum dictæ curiæ, atq; nostrum duximus interponendum, & interposuimus & interponimus præsentium per tenorem. In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem, & testimonium ueritatis, præsentes exinde fieri, & per eundem Notarium nostrum infra scriptum subscribi, & publicari mandauimus, sigilliq; nostri quo in similibus utimur, iussimus & secimus, appensione muniri. Dat Romæ in ædibus nostris in quibus iura redduntur, et partium causæ audiuntur, sub Anno a nativitate Domini M. D. LVI. Indictione. xiiii. die uero xiiii. Mensis Aprilis Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri D. Pauli diuina prouidentia Papæ. xiiii. Anno primo. Præsentibus ibidem discretis uiris. Dominis Adam de Inuidia, et Lus douico Reydeti clericis, Baionen, & Gebenen. respectiue dioc. Notarius nostris, testibus ad præmissa uocatis & rogatis. Et quia in præsenti transumpcio nonnulla reperiuntur loca in marginibus emendata, ne eius integræ fidei noceat, aut detrahere existimentur, hic singula referuntur quæ quia mihi infra scripto Notario constant, siccirco eadē propriæ manus subscriptione cù reliquis approbantur.

Tabellionatus officium habentes fratres dum essent in seculo possunt illud exercere etiam in sacris constituti in causa tanum fidei seu inquisitionis 53. a,

Tertij ordinis regula extensa & confirmata 96. o,

Tertij ordinis exemptiones & priuilegia. 161. f,

Tertij ordinis sorores, non comprehenduntur nomine beguinarum damnatarum.
82. f,

Tertij ordinis viri usq; sexus interdici tempore, possunt interesse diuinis 61. c,
157. a, nisi causam dederint interditio. 178. d,

Tertij ordinis frares & sorores in Italia quocunq; tempore præter pascha resurrectionis possunt confiteri fratribus & ab eis recipere communionem 89. d, immo etiam in pascha 169. c,

Et possunt vovere tria vota 173. b, 174. a,

Et sic videntes gaudent omnibus priuilegijs ordinis, nec propriea ad clausuram aut officium tenentur. 174. a, 178. f, 181. a,

Tertij ordinis personæ singulariter degetes in domibus, ad onera que laicis incumbunt cogi possunt. 178. c, Immo huiusmodi singulariter degentes & tam videntes virginale vel celibem vitam, gaudet omnibus priuilegijs. 181. d,

Testes inquisitionis possunt non publicari. 53. b,

Transiunt ad alios ordines, si ab illis ante professionem defecerint, possumus, tanq; apostatas capere 153. a,

Violentiam inferentes ecclesiis, locis, & domibus nostris excommunicati sunt, 55. c, 93. c,

Visitationis & correctionis officium alienis ecclesiis, & monasterijs impendente, cogi non possumus intuiti 20. c,

Universitas Parisiæ. admittere debet scholares & Magistros ex ordine predicatorum & minorum. 41. b, & presertim fratres Thomam de Aquino & Bonaventuram,

Vota intrantium ordinem commutare in austeriorum ordinis possunt, Magister ordinis & Priors, 53. c,

Vota permuteare & relaxare. 219. d, 252. d,

F.I.N.I.S.


Rome Apud Antonium Bladum Impressorem

M. D. L. M. dicitur cum multis Cameralem.

Signum Regum primorum & successorum suorum & signum regis postulatum & missum

VIRORVM DIGNITATE,
SANCTITATE, AC DOCTRINA
Illustrum Ordinis Prædicatorum.

BREVIS CATALOGVS.



Cum germinasset facta est uinea, et frutificauit in palmites, et emisit pro pagines, In terra bona super aquas multas plantata est, ut faciat frondes, et portet fructum, & sit in uineam grandem. Ezechielis. x. v. 11.

ET ATIVI MAGISTER VIBORI

Primus



ACER ordo Fratrum Prædicato
rum, cui præmissa & alia complura Priu
legia, per summos Pontifices largita fue
re, ortum & originem habuit, a Beatis.
patre Dominico, qui eiusdem ordinis insi
tutor, et parens, ac primus Magister fuit.
Is (ut brevibus et carptim uitam ipsius per
stringam) ex Hispanæ partibus, oppido calaroga, dioecesis Oxomen.
Illustri Guzmanorum familia, Patre Felice, Joanna matre anno.
1170. natus, pueritiam sub Auunculi Archipresbyteri magiste
rio, diuinis officijs dedicauit. Adolescentiam, iuuentutisq; partem Pa
lentiae, diuinarum humanarumq; rerum studijs, honestis moribus, ac
misericordiae operibus ad usq; necessariorum librorum & propriet
ate supellectilis pro sustentatione pauperum uenditionem, instituit, Reliz
quam uero inter canonicos (quos regulares uocant) sub Augustini
regula, adeo prudenter egit ac sanctè, q; eorum collegio in ecclesia
Oxomen. ab Episcopo Didaco Archipresbyter, siue (quod dicunt) sup
prior præfектus fuit. Virilem porrò ingressum ætatem Didacus idē,
Regum Castellæ ac legionis legationem obiturus in Gallias, itineris
comitem asciuit. Quo cum in Aquitaniam & Auxitanam oram
regressus, gentem fere totam Albigensium ueneno infestam, ac pe
ne perditam reperit. Cuius miseratus calamitatem, cum Episcopo suo
duodecim Abbatibus Cislaciensis ordinis, quos cum suo legato, In
nocentius Papa tertius illo miserat, se adiungens, duobus annis opem
& operam hereticis conuertendis impendit. Sed quasi haec prouinc
ia sibi ac suis fratribus deberetur, Legato, Episcopo, ac Abbatibus
post duos annos ad sua reuersis. Beatus Pater fidei zelo succensus,
cum paucis sibi adhaerentibus sociis (quos fratres nominari placuit)
decem annis persistit indefessus in opere, irrisionebus, contumelijs, ac
minis hereticorum, eisq; fauentium, nec ad horam cedens, quin etiam
corum